





2  
SEBASTIANI SPILKERI  
I. V. DOCTORANDI ET SENATORIS  
HAMELIENSIS

# CHRONICA

---

PRISTINVM  
REIPVBLICAE HAMELIENSIS  
STATVM EXHIBENTIA  
ANNO RECUPERATAE GRATIAE MDCLV  
ELABORATA

---

IN ORDINEM REDEGIT NATVRALEM  
TYPIS EXSCRIBI CVRAVIT

CONSPECTVMQVE  
ACTVS ORATORII

D. XXII. ET XXIII. SEPTEMB. MDCCXLV.  
BONO CVM DEO

IN  
HAMELEI NOSTRI AVDITO-  
RIO MAIORI HORA IIX MATV-  
TINA SEQQ. INSTITVENDI

ADIVNXIT  
IVSTVS HEINR. LEO  
SCHOLAE HAMEL. RECTOR.

---

RINTELLI  
TYPIS I. G. ENAX, ACAD. TYPOGR.

SEBASTIANI SHILKRI

A. DOCTORE ET MAGISTRO

GRONINGA

MEMORIALIUM HANDELIIENSIS

SOCIETATIS THEOLOGICAE

ANNO DOMINI MDCCLXXII

IN

GRONINGA

IN AEDIBUS

ALDII OKALORI

IN ANNO DOMINI MDCCLXXII

BEI O. C. M. DEB.

BY

MEMBERI NOSTRI SVPTO

HO. M. H. M. H. M. H. M. H.

THEOLOGICAE SOCIETATIS

IN

GRONINGA

IN

GRONINGA



VIRIS  
*ILLVSTRISSIMIS ATQVE*  
*EXCELLENTISSIMIS*  
DOMINO  
RVDOLPHO IOHANNI  
L. B. DE WRISBERG

DOMINO  
HENRICO L. S. R. I. B.  
G R O T E

DOMINO  
GERLACO ADOLPHO  
DE MVNCHHAVSEN

DOMINO  
ERNESTO  
DE STEINBERG

DOMINO  
FRIDERICO  
LUDOVICO  
DE HAVS

DOMINO  
PHILIPPO ADOLPHO  
DE MÜNCHHAVSEN

DOMINO  
CAROLO DIDE  
ZVM FVRSTENSTEIN

DOMINO  
OTTONI CHRISTIANO  
DE LENTHE

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI  
MAGNAE BRITANNIAE REGIS  
IN TERRIS BRVNSVICO LVNEBVRGICIS  
A CONSILIIIS INTIMIS

ET  
RERVM PVBLICARVM REGENDARVM  
SVMMIS MVNERIBVS  
SVPREMIS HONORIBVS  
IMMORTALI CVM LAVDE  
PERFVNGENTIBVS  
ECCLESIAE  
SCHOLARVM ET CIVITATVM  
AMPLIFICATORIBVS  
OPTIMIS MAXIMIS  
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS  
MAECENATIBVS  
PIISSIMA MENTE DEVENERANDIS  
VITAM LONGINQVAM  
SALVTEM DIVTVRNAM  
FELICITATEM PERPETVAM  
PRECATVR  
ET  
HAEC HAMELIENSA  
AB INTERITV VINDICATA  
CHRONICA

DEVOTISSIMO ANIMO

SACRA ESSE CVPIT

IVSTVS HEINRICVS LEO.



I. N. I.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

IVSTVS HEINR. LEO.

---

*Patriae fumus igne alieno luculentior.* LVCIANVS.

**M**ortalium numero plurimorum eam esse indolem et naturam, vt propinqua et domestica flocci pendant, fastidiant atque contemnant; contra peregrina, quae sunt admiratione digna putent, amore complectantur summisque laudibus efferant, non experientia solum quotidiana docet; sed inter alios etiam testatur IOHANNES SCHEFFERS in praefatione *memorabilibus Sueticae gentis* praemissa, inueteratam hanc et peruersam, humani ingenii consue-

A 4

tudi-

tudinem, viuis depingens coloribus. Non piget ipsa eius verba, vt Tibi B.L. de animo praeſtantis viri apertius conſtet, hic inferere: *Vetus error eſt, inquit, id demum obſervationem promerere, quod eſt peregrinum. Graeca, Romana, Gallica, Italica, adde Anglica, ſuſpicimus, quae naſcuntur domi, conculcamus pedibus. Quasi gratia coeleſtis non tribuerit vnicuius gentium, quod cum reuerentia ipſius debeat amplecti; apud alios vero in decus et honorem ſuum publicare.* Haecenus ex mente SCHEFFERI loquor, cuius iudicio commerentur, vt grauiffimam incurrant reprehensionem ac cenſoria notentur virga ingrati ſoli natalis oſores. Nec plane mirum aut minus maturum id exiſtimari debet: cum eiſmodi contemtoribus iniquis, vel bruta animantia ſciamus ruborem ſuffundere, vtpote quibus regio, qua in nata ſunt ſemper dulcior caeteris in orbe terrarum atque amabilior videtur et feris inſitum quaſi deſiderium eſt naturaliter, iis montibus potiffimum ac ſaltibus inhaerere, quos prima conſuetudine ſibi notiores reddiderunt. Verum enim vero non  
ex-

excusatius agunt; sed a recto pari passu aberrant tramite. Primum, qui res in patria olim gestas, neglectis et prorsus abiectis, quibus consignatae exstant litterarum monumentis, turpiter obliuione obruunt; sui aevi autem summa factorum momenta, vel laboribus nulli profuturis abrepti, calamo excipere posteritatisque, cuius haec scire multum fortasse interesset, scripta relinquere recusant. Deinde, qui praetermissis puris et genuinis fontibus ex lacunis venenatis et turbidis hauriunt h. e. in cognitione et inuestigatione domesticae Historiae versaturi, alienigenarum fide et sinistro partium studio laborantium scriptorum, multis haud raro narrationum portentis syrmatibusque errorum referata volumina in consilium adhibent, annales vero indigenarum, ex quorum inprimis lectione plurimum certi percipere liceret, susque deque habent, adeoque contemptos et repudiatos volunt, vt eos in tabulariis, si quae sunt, (Archiuus) scriniis litterariis, angulis et tenebris delitescentes, pulueri, muribus, gliribusue corroddendos potius commit-

A 5

tant,

tant, quam in lucem proferre et euolvere studeant. Vtrique suspensi et incerti non sine maxima turpitudine in eodem haerent luto. Illi enim, vti posteriorum rationibus male prospiciunt: ita sibi consulunt pessime et licet in alienis sint fatis versati, hospites tamen manent domi, de maiorum suorum factis tam feliciter, quam qui oculorum luminibus capti, hypsea et leberide sunt caeciores de colorum natura diuersitateque differere valentes. Hi vero vt Ixion in fabulis pro Iunone captant nubem pro corpore inanem vmbra, et in iis, quae ab exteris auctoribus, affectuum obliquitati saepe numero addictis, vel conficta peruerse, vel fabulose narrata acceperunt aut oscitanter acquiescunt, aut filo quasi ariadnaeo, in labyrintho domesticarum rerum historico destituti, inconsulte oberrant, parum de veritate solliciti, multa pro veris venditare coguntur, quae vix inter probabilia sibi locum flagitare possunt; a facti autem intemerata fide non minus distant, quam coelum a terra. Sume Tibi B. L. si eius de quo agimus testimonium requiris,

ris, historiam, vel magis fabulam de in-  
fausto puerorum Hameliensium a terra  
absorptorum exitu, paulo curatius ex-  
pendendam. Haec enim quo nobis  
coniunctior et propior est, eo, quae ex-  
cutiatur et examinetur dignior videtur.  
Ecquis mortalium in annalibus nostrati-  
um vnquam relatum legit: Anno Christi  
seu M C C L I X seu M C C L X X X I V  
de tempore enim certatur et adhuc sub  
iudice lis est, centum et triginta paren-  
tum Hameliensium filios a tibicine quo-  
dam prodigioso in montem oppido no-  
stro vicinum eumque voraginosum,  
(qui an hodie superstes sit, an solo adae-  
quatus et immutatus, parum comper-  
tum habeo) abductos, depressos, terra  
obrutos et ex Transyluaniae faucibus  
iterum in lucem editos esse? Licet e-  
nim exotici scriptores mentionem ea de  
re, post haud exiguam temporis inter-  
capedinem, facientes (nam apud eius-  
dem aetatis, qua contigisse adfirmari so-  
let historicos, altum est silentium) illam  
ciuium nostrorum consensione, char-  
tophylaciorum documentis, impressis-  
que vestigijs corroboratum iuerint.

Ego

Ego tamen omnibus, quae reperisse sibi visi sunt, praesidiis, quantum in tenebris cimmeriis, quibus multa praeterritae tempestatis fata obducta et inuoluta sunt, acies oculorum experiri valuit, circumspectis, animum meum nunquam inducere porui, vt eo abiret vecordiae, quo vanis his, absonis, anilibus et ineptis commentis fidem tribuere posset. Non equidem diffiteor tritauos, atauos, abauosque nostros asseuerare potuisse, iuuenes quosdam Hamelienses olim emigrasse; viuos autem haud procul ab vrbe nostra in montis hiatus descendisse et ex reconditis Transyluaniae latebris, subterraneo, dubio, formidoloso portentosoque itinere confecto, rursus in apricum prorepfisse, nemo vnquam, nisi extra orbitam vagans, a veritate alienus et praepostera ratione delirans credidit. In eam inde siue coniecturam, siue sententiam ingressus sum: illos vel cruenta in bello clade, qualis fuit ad Zedemündam (CELEB. D. HARENBERGIO *placet prope a monte Koppen vid. Biblioth. Misc. Hamburg. Tom. II. P. VI. p. 904.*) Anno post Christum natum MCCLIX. Ha-

Hameliensibus illata, vel alio infortunio, vita priuatos, vel ab hoste captos et deductos, vel quod omnium verisimillimum a quodam militum conquisitore, varia veste exornato, per ludibrium, odium et iram tibicinis muriumque incantatoris nomine induto, aut blanditiis inescatos, aut vi coactos, patria exclusos esse. Nec aliud sibi volunt antiqua Hameliensium manu exarata monumenta, quae si maiori studio inspexissent siue creduli isti homines, siue aliquid monstri alentes et ollas ostendendo fallax posteritati praeparantes miraculum, secus rem se habere, ac memoriae prodiderunt, perspectum habuissent. Perlustrauit illa Patronorum beneficio e curia mihi suppeditata, maxima solertia, imprimis vero omnium vetustissima dicta **die Brade** Anno Christi **MCCCLI.** inchoata et ad seculum ferme decimum septimum vsque continuata, ex quibus, quae huc pertinent, quia nemo est, quin largiatur in rebus prisca, prisca plurimum virtutis ac auctoritatis habere adscribam: „Anno „ Christi 1. 2. 84. **am Dage Johannis unde**

„ unde Pauli is de 26te Dach des Man-  
 „ tes Junii gewesen, sintdem ein Pi-  
 „ per, so mit alwewigen Wanne bekle-  
 „ det, ein hundert unde drittig Kinder,  
 „ tho Hameln geboren, uth der Stat  
 „ gebracht unde up dem Koppen by  
 „ Calvarie buten dem Oister Dorr  
 „ verbracht unde verloren. „ Plura nec  
 in modo allegatis de eductis, nec in ali-  
 is Hameliensium chartis de liberis a pa-  
 rentum suorum complexu diuulsis con-  
 fortioque mortalium, singulari fato, sub-  
 ductis reperire potui; ex his vero, qui in-  
 auspicato descensui in terram pondus  
 conciliare vellet, nae is vigilans somnia-  
 re, folique tenebras offundere videre-  
 tur. Possẽm eiusdem furfuris non pau-  
 ca Tuis, B. L. oculis subiicere, si quod  
 exorsus sum argumentum fusius perse-  
 qui et quae ad illud illustrandum faci-  
 unt consuere, contradicentesque armis  
 suis exuere satagerem. Verum ne a-  
 pud prudentiores id copiose diluere vi-  
 dear, quod facili negotio vel a stupidis  
 exstingui potest et latius ac mihi pro-  
 positum excurrens, praefationis limites  
 transgrediar, gerris et nugis procul fa-  
 cesse-

cessere iussis, hoc vnum exemplum esto  
instar omnium. Caeterum cum extra  
dubitationis aleam sit positum: histo-  
ricam fidem lubrico superstructam fun-  
damento vacillare, nisi innitatur dome-  
sticis praesidiis ac documentis, aequis  
rerum aestimatoribus non ingratum  
fore confido, quod honestissimo disci-  
pulorum meorum rogatu ACTVM ORA-  
TORIVM moliens programmatis loco  
*CHRONICA HAMELIENSIA* nun-  
quam ante hac impressa, protrita pro-  
pemodum et sepulta, non gloriae ca-  
ptandae; sed incorruptae veritatis pri-  
stinarumque Hameliensium rerum no-  
tatu dignarum memoriae conseruandae  
et propagandae causa, ab interitu vin-  
dicare et in aspectum publicum protra-  
here apud animum constituerim. De-  
bemus illa et multa alia eximiae erudi-  
tionis vetustatisque documenta singu-  
lari studio B. SEBASTIANI SPILKERI  
I. V. Doctorandi, Senatoris et Iudicii  
quondam Secretarii de Republica no-  
stra immortaliter meriti. Cuius soli  
quidem nomini suae constant laudes,  
quo vero generis antiquitas, gloria ma-  
iorum,

iorum, fata, virtus, studiorumque rationes clarius enitescant, ab instituto meo non remotum puto: Vitam eius ab ipso adeo suaviter et venuste decantatam, vt vel a benigna scribentis vena summum decus mutuetur et animum etiam morosissimi pascere queat, Tibi, B. L. exhibere :

VITA  
SEBASTIANI SPILKERI:

*V*rbe ex Lugda orti SPILKERI, quotquot habentur,  
Quos Emberna celer, quosque Visurgis habet.  
Lugdensi sylua est in tractu caedua, priscis  
Sylua a Spilkeris nomina prisca tenens; \*  
Lugda meo haec lustris abauo directa Iohanne  
Consule permultis, consiliique chorus.  
Ille iterum simili natos in honore reliquit,  
Hammelia et Lugda iam modo testes duos.  
( Hammeliae consul Wernerus factus amœnae  
Arnoldus Lugdae, scribitur ille probus)  
Verum Winerus proauus secessit in agrum  
Corbeium, quondam quique Senator erat.  
Filius at quartus factus pro more Senator  
Hammeliae Henricus, iunior ille licet.  
Ordo Senatorum post hos et vbique recepit  
Spilkeros solitis muneribusque dedit.

\* Spilker's Busch.

Qui-

*Quidam Iuri operam nauarunt, Philosophiae  
 Et quidam verbis incubuere Dei.  
 Sed mercaturae pars maxima dedita magnae  
 Praecipuae lanæ, ceu decuere lucris.  
 Sebastianus auus, Iustus pater impiger aequè  
 Ore et re patriae consulere meae.  
 Sebastianus ego, sed nec nisi pacis ad usum  
 Consului patriae, sic pepulique malum.  
 Oeconomiae aegrae morbus, naucique moneta,  
 Atque occlusa via hoc regia quemque docet.  
 Non opus est multis, nec praestat dicere multa,  
 Pax saepe oblata est. Dissidium retuli  
 Det Deus, Hermannus felicior ipse Iohannes  
 Me videat patriam pace virente frui.  
 Quae non cunque patri voluit concedere, gnato  
 Concedat, studium et cum probitate bonum  
 Stemmata Spilkrorum, Petrorum et Raueniorum  
 Et Rodemejorum progenuere patrem.  
 Ex Kulemannorum succreuit stemmate mater  
 Et Matthiarum, consule patre, mea.  
 Adde his Sigfridos cum Hennigis octo redundant  
 Stemmata, queis ortum defero iure meum.  
 Quippe et quae virtus et quae simul ortus ho-  
 nestus  
 Commendat, serae posteritatis honor.  
 Posteritatis honor, si etiam haec virtute coruscet;  
 Caeteroqui alterius nil valet altus honor.  
 (Sigfridi, Henniggique simul struxere capellas  
 Pro sibi coiunctis sanguine proque Deo,  
 In quibus agnati post cognatique supremo  
 Longe fecerunt tempore sacra Deo.*

In quibus, ut praesens Deus est veneratus auitus  
 In quibus est animae sacra parata salus)  
 Sic ego cum natus sanctum in baptismate pactum  
 Cum Christo, ut facerem, fecit amore pater.  
 Per praeceptores mox in pietatis et artis,  
 Me fecit studiis instruierque bonis  
 Illius Hermannus post funera moesta Möringus  
 Vitricus Hammelidum fecit inire scholam  
 (Vitricus imperii magno diplomate factus  
 Romani exemptus, sedulitatis amans)  
 Postea Rinthelium iuuenem me misit acuto  
 Goeckhusio, celebri iuris in arte, ferum  
 Scilicet inuersis assuetum is moribus olim  
 Me mitem effecit, per studiumque bonum  
 Per studium cum me Doctores atque Magistros  
 Tradidit, ut fierem doctior ante rudis  
 Elertus Logicam, Methaphysica et Horstius olim  
 Ethica Strakerius me docuere viri.  
 Philosophiam, ut doctus eram, quantum ac re re-  
 quirat  
 Post iuris studium, caetera plana dedit,  
 Dein Rörendorffius, mox et collegia iuris  
 Ipse exercitiis promptus aperta dedit.  
 Goeckhusius dedit ille suis celeberrima quondam  
 Collegis, mira dexteritate docens.  
 Prima illis iuris dum fundamenta resoluit  
 Et Wesembecii post paratitla boni.  
 Goeckhusio e viuis cedente, Colonia Rheni,  
 Vitricus, ut suavit, me tenuit celebris.  
 Reliquias multas sanctorum, templeaque multa  
 Conspexi et cultus, quos habuere Dei.

Vidi

*Vidi res gestas Romanae gentis et amplam  
 Curiam et edidici, qui fuit, ipse statum.  
 Vidi Ostermannum nodos euoluere iuris  
 Multimoda rerum cognitione grauem.  
 Pocula vero inter discordia facta Calixti,  
 Qui solus, meminit, soluere cuncta queat.  
 (Accessit patriae quam lamentabile fatum  
 Triginta ad ciues, quo periebat egens)  
 Ergo dedi retro vela et per multa reueni  
 Praesidia, ad Rhenum quae tenuere loca.  
 Cum vidi patriae faciem, cum tristior essem,  
 Quam decet effectum funera moesta videns,  
 Febri Cassellis subito correptus acuta,  
 Quod nasi fluxus triste resoluit onus  
 Quam duplex mira recidiua secuta dierum.  
 Per quatuor singlos conditione decem.  
 Per Francofurtum, Cassellas, perque Hameloam  
 Urbem, per Cellas, Brunswigiumque vetus,  
 Per quoque Schoeningam, vario discrimino  
 martis  
 Helmstadium veni, dogmata vera petens,  
 Vt petii, quiuis collegia docta Calixti  
 Intrarem suasit: dixit abesse dolum,  
 Feci, ut suaserunt, Doctoris scripta coemi  
 Egi auditorem sedulus ad Cathedram  
 Audita excepi calamo, librosque reuolui  
 Doctoris, rerum quicquid, ut eruerem.  
 Tantus amor suberat sinceri dogmatis atque  
 Fundamenta stato firma locasse pede.  
 His ita confectis, repetiui iura subinde  
 Et studium placuit continuasse duplex.*

Et consultorum iuris collegia docti  
 Weccii et insignis Schmerhemii subii.  
 Haec ubi perfeci, tunc pro Doctoris honore  
 De pacto ex Cathedra multa locutus eram,  
 Post annum Hildesiae transegi, principis aulae  
 Quo mores caperem pro ratione status;  
 Ast vicinus septem atque decem mire hoste repulso  
 Brunius ex pacto, ut sorte recessit inops:  
 Omnibus archiducis Leopoldi Huxaria rebus  
 Exhausta a duro milite tota fuit.  
 Milite, totius Romani viribus actis  
 Ad paruum imperii, quem voluere, locum  
 (Ad paruum ex muris, crassisque ex turribus hosti  
 Difficilem, fossis quam facilemque suo)  
 Tunc ire ad Gallos mens; sed matertera moe-  
 stum  
 Promissis senium moesta retraxit agens  
 Completem suasit sponsalia, suasit inire  
 Coniugium, Hammeliae suasit habere larem  
 Perpensis rebus mihi quod coniunctio talis,  
 Ut peregrinatus, non ineunda minus  
 Consilio posito, connubia iusta Cathrinae  
 Zimmermannae inii, continuanda mihi.  
 Henricus proauus, sed auus fuit inde Iohannes,  
 Hammeliae consul, Iustus ibique pater.  
 Ordo Senatorum, quos et communis habebat  
 Oeconomus omni uita canenda metro.  
 Adiice Bocciades, Scheperos, Tappiadesque,  
 Qui patrem uxoris progenuere scies.  
 Westrumii, Hadleri, Spilkeri coniugis atque  
 Dunckeri matrem progenuere meae,

Hos

Hos omnes virtus commendat et ortus honestus  
 Nec non frugalis vita, decusque suum.  
 Horum cum nata contraxi virgine sanctum  
 Connubium Hammeliae constituique larem  
 Connubialis ego fructus nullatenus expers,  
 Septem natorum factus in orbe parens,  
 Quorum tres viuunt, quatuor mors sorpsit a-  
 cerba.

O vtinam nullos tolleret ille magis.  
 Qui viui instruier feci pietatis et artis  
 Ex disciplina, sexus, vt ipse tulit.  
 Filius ille meus, summum rogo numen, in artes  
 Cumbat, quo libros possit habere meos.  
 Possit habere meos cum fructu proximo egenti  
 Qui seruire Deo, quo patriaeque queat.  
 Hoc mecum optauit coniuux, licet illa seuera  
 Nec minus ad finem viua tulisset opem.  
 Mutuus ast animus cum cognitus esset utrique,  
 Mors fera dissoluit connubiale iugum  
 Quid modo natorum viduus perpessus amore  
 Scit Deus et quando vult, variare potest  
 Marte quis in priuis, quisque in communibus instar  
 Herculis exactus sit labor usque meo:  
 Hoc priuata probat, probat hoc respública, ciuis  
 Cuiusque ac vrbs pro modulo officii  
 Namque intricatum reliquum camerale resolui,  
 Nec linguae virus terruit inde manus,  
 Iuraque praeturae descripsi primus in vrbe,  
 Nec linguae virus terruit inde manus.  
 Archiui arcani documenta sub ordine iusto  
 Descripsi ac index exstat in vrbe meus.

Descripsi fines districtus ordine iusto,  
 Ut locus obscurus quisque patere queat.  
 Hinc mihi sunt grates, nec non laus reddita ciue  
 A vario, a multis reddita quaeque probra.  
 Hinc urbi vero sunt commoda maxima nata  
 Dantque aliis, mihi quae probra dedere, lu-  
 crum.  
 Nam camerae vires patefactae iuraque summa  
 Praeturae urbanae, quae stata fulcra loci.  
 Iuraque concessa, ut quaeris finesque latentes  
 Quis pro renata mox reperire queat.  
 Ne detrimentum capiat respublica, nec res  
 Priua, ignoratis iuribus usque suis.  
 Haec ego cum eruerem morbis correptus acerbis:  
 Ictero et feбри, mors quibus atra comes;  
 Verum dante Deo mutato ille aëre, secta  
 Et nasi vena, membra reliquit inops.  
 Haec me dimidium dire vexauit ad annum  
 Perpota et creuit pharmaca quisque dolor,  
 Non aliud medium, nisi quod Pomponius ille  
 Aegrotis membris Atticus exhibuit  
 Scilicet id medium violentum, ast ille per illud  
 Victima tunc mortis nil miserentis erat  
 Ast ego confisus Ihoua, et iuuenilibus annis  
 Viscera acetosis fontibus exposui.  
 Sic argumentans: Frustra tentatis amici  
 Non bibam acetosi flumina fontis ego?  
 Visceribus sanis, tum sanior ipse reuertor:  
 Sin minus in viuis quid iuuat esse diu?  
 Hac ego Pymonti potui mente salubres  
 Fontes, et voto compos eo redii.

Hinc

*Hinc grates domino summo persoluo meas, quod  
 Me ad fufas sanum reddidit ille preces.  
 Caetera quid referam, qua relligione, sacerdas  
 Scit, vixi, moris testis ubique mei.  
 Sed postquam Hammeliae factus de more senator  
 Illius puduit, quem latitare statum.  
 Nam nescire urbis per quam versatur apertam  
 Ius, est patricio turpe nocetque cito.  
 Hinc per triginta cognoui protinus annos  
 Hammeliae ex varia conditione statum.  
 Nunc prodesse volo, nunc delectare poetae  
 Bardorum exemplo, carmine vera canam,  
 Carmine, quo vitae communis regula profet  
 Scripta per Hammelidum non moritura dies.  
 Sic nobis merito gratamur, quotquot auemus  
 A Christo nomen ducere dulce Deo.  
 Quotquot cum Christo cupimus modo viuere dulci,  
 Vltima cum Christo et fata subire Deo.*

Ipfa haec B. Viri summo nitore con-  
 texta memoria, argumento, nisi me  
 omnia fallunt, etiam esse potest, quid  
 nobis de illius Chronicorum integrita-  
 te et fide promittere possimus. Ego  
 fane, si quid iudicare valeo, non puto  
 hominem in quo tanta prudentiae ciui-  
 lis exstitit maturitas, tanta reipublicae  
 in qua triginta per annos versatus est  
 consulendi cura, tantus animi recti

B 4

can-

candor veritatisque studium, posteros  
 fictis imbuere narrationibus allaborasse.  
 Sed hic pedem figere expedit, vnicum  
 adhuc addo sc. Dominum SEBASTIA-  
 NVM SPILKERVM M. Maii MDCLXII.  
 ex huius vitae tenebris in lucem bea-  
 tam excessisse. Vale B. L. et si Deus  
 mihi huius vitae vsuram longius pro-  
 rogauerit, otium concesserit honestum  
 consiliumque hocce meum bonis pro-  
 bari intellexero, recentiorem Reipubli-  
 cae nostrae etiam mutatam faciem, item-  
 que Doctos Hameliae natos et educa-  
 tos, inter quos Kippii, Molani, Reichii,  
 Spilkeri, Tappii, Buchholzeri, Ame-  
 lungii, Schlemmii, Waldhufii, Hardin-  
 gii, Palmii, Faustmanni etc. principem  
 locum obtinebunt, a me expecta. Da-  
 bam Hameliae die XXI. August.  
 MDCCXLV.

DEVS nobiscum.



CHRO-



# CHRONICA.

## Cap. I.

De causa impulsiva per epigrammata scribendi.

**B**ARDI, SAXONICI METRIS SCRIPSERE  
POETAE,

Saxonicas res et facta canenda suis ;  
Et mihi sectari Bardos et versibus actas  
Hammeliae res nunc quasque notare licet.  
Virtutum annales gens quaeuis condidit et nil  
Laudandum vacui laudis amore patrant.

## Cap. II.

De rebus publicis Hanseaticis.

Fecere Hansatum commercia libera foedus,  
Firmatum a multis principibusque fuit.  
Creuit in immensum sociorum copia robur,  
Postea, quae cunctis inuidiosa fuit ;  
Emta est cura, auro libertas vendita. Vere  
Aurea libertas, plumbea cura manet.

B 5

Cap.

*Cap. III.*De nomine ciuitatis quondam  
Hanseaticae Hameloniac.

Hammelae ab effluuio, aut ab amoeno vene-  
rit vrbis

Hammeliae nomen, nomen et omen habet.

Hammela per valles gratas ac aequora transit,

Et locus et fluuius sunt sat amoena, reor.

Sed tamen enatum est ab amoeno rectius  
olim,

In coniecturis dant loca prisca fidem.

*Cap. IV.*De ortu, causa efficiente, finali  
et materiali ciuitatis  
Hameloniae.1) *De posteritate Iaphet.*

Posteritas postquam cufit Iaphet et ethnica  
versus

Solis ad occasum, rura colenda petit.

Pars hic, pars alibi, effluuium pars venit ad  
Hamlae,

Et falsos cuncti tunc coluere Deos.

Numine nulla homines se participante carere  
Quum non sufficiant, conditione queunt.

2) *De*

2) *De conuersione populorum ad  
Visurgim.*

Vt Deus auguriū verus memor, editus alma  
Virgine, tandem hominum ex corde miser-  
tus erat;  
Bonfacium Hesperias sanctum, mox misit ad  
oras,  
Summi, vt participes redderet ille boni.  
Reddidit innumeros regnis coelestibus addens.  
Nil verbo Domini fortius esse potest.

3) *De conditore templi Bonifacii ad vi-  
surgim anno Christi 712.*

Bonfacius iuxta effluuium postquam Iouis  
Hamlae  
In Christi templum vertere fama studet,  
Conuertit iunctum Wedekindo sanguine  
Magno,  
Bernhardum comitem, templa cupita pe-  
tens.  
Annuit et petiit Comes, vt sua funera templo  
Inferrentur. Opus mutuus ardor alit.

4) *De conditoribus ciuitatis Ha-  
meloniae.*

Hammeliae structum populosa vt temporis  
olim  
Ad templum tractu villula facta fuit :

En

En vicini et ibi pagi, successibus amplis,  
 Hammeliam condunt, quae fat amoena  
 decem (a)  
 Contra hostem quo tuta foret, vel templa fre-  
 quentet,  
 Facta est vrbs, Pietas fortius vrbs opus.

(a) Wangelist, Wedel, Wenge, Caspeshoff, Büren,  
 Groning, Hohnrod, Furstenhoff, Affert, Ham-  
 lau,

*Cap. V.*

De causa Formali ciuitatis  
 Hameloniae.

1) *De forma externa in genere.*

Ex lapide et ligno structas bene continet  
 aedes  
 Vfsibus eximiis vrbs Hameloa suis.  
 Et septem portas, murum et cum cuspide  
 turres,  
 Et vallum et fossam ac extera valla tenet.  
 Fontium et occultas vires habet, hasque vi-  
 surgis

Auget, in obscuris dant speciosa metum.

2) *De Aedificiis publicis in genere.*

Sunt tria templa polo, quatuor cum cuspide  
 turres,  
 Pauperibus tres sunt, vna scholaeque domus.  
 Curia

Curia et arx noua cella meri, tum pharmaco-  
poea,

Ista foro et domui sunt bene structa nouae.  
Publica libra, Nouum damnum (zum neuen  
Schaden) domus et scloporum.

Cunctis dant potum, publicus vrbs honor.

3) *De aedificiis priuatis in genere.*

Hem braxatorum ter centum continet alma  
Quingentasque alias vrbs Hameloa do-  
mos.

Sunt illae ad potum et factae, super igne co-  
quendum,

Nuda ast hae praebent tecta subire so-  
lum.

Vsibus, vt propriis modo res quaecunque mi-  
nistrat

Cuiusuis, cuiuis commoda quaeque venit.

4) *De templo S. Bonifacii.*

Templum in Romani structum, vt prius esset  
honorem,

Postea Bonfacio cessit in vrbe sacrum.

Constructum ex Saxis quadratis atque colu-  
mnis,

Fornicibus, binis turribus atque nitet.

Inque Dei laudes stant organa, temporis in-  
dex,

Campana ; Est sedes condecoranda Dei.

5) *De*

5) *De templo S. Nicolai.*

Templum in Nicolai constructum perstat honorem,

Quadrato ex Saxo, fornicibusque cauis.  
 Excelsa turri gaudet, crassisque columnis,  
 Inque Dei laudes Organa facta tenet.  
 Temporis ac illi campana est nobilis index  
 Cuiusque; Est sedes condecoranda Dei.

6) *De templo Spiritus Sancti.*

Flaminis in Sancti templum consistit honorem

Quadratis Saxis, asseribusque vetus.  
 Et modica turri gaudet, modicellaque turri  
 Campana est, quemuis ad stata sacra vocans.

Quod si qui mecum faciant, reparabo facellum.

Est nostrum sedem condecorare Dei.

7) *De Xenodochiis.*

Tres sunt pauperibus constructae antiquitas aedes,

Et dote instructae conueniente simul.  
 Corporis vt ciues, modo debilitate laborant,  
 Illis cum tectis sunt alimenta suis.

Vnae ex his praesto sunt, si huc venit aduena pauper.

Est nostrum Christi, membra fouere cibo.

8) *De*

8) *De aedificio Scholae.*

Magnificae publi studiosae insigniter aedes  
Sunt structae ad summum templum, adi-  
tumque sacrum.

In Classes distincta domus sex, quaeque parata  
Scamna tenet, vitris perspicuisque nitet.

Commodius quo quisque puer queat intus  
haberi,

Commoda sunt Musis templa struenda bo-  
nis.

9) *De Curia.*

Vrbis vt Hammelides anima vitaeque fuerunt  
Donati, curae Curia magnae fuit.

Pro tractu lapidum struxere ex mole regendo  
Egregiam, dominis egregiamque suis.

Curia nae tantae curae tunc ciuibus ampla.  
Iustitiae et iuris, pondera sedes habet.

10) *In verba Curiae Hamelensi praefixa.*

Curia quid curas? priuata ego commoda,  
coeca

Odia dein iuuenum consiliumque tremo.  
Cur tremis ex lapidum numerosa mole tri-  
umphans?

Succumbis plagis fortior inde tuis?  
Quod Troiae factum, quod Romae, fortior,  
vt sum

Expauo; casus quisque redire solet.

11) *De*



Quid prodest vrbi potum de iure parare,  
Ni loci et in quibus est distribuendus, erunt.

14) *De aedificiis priuilegio munitis.*

Praedia nobilium, tum sacri ac ordinis ad-  
sunt,

Et pro pastoribus, pro viduisque domus.  
Collegisque scholae stat fixa habitatio cunētis

Et qui custodes sunt, quoque fixa manet.  
Sunt exemptae aedes istae quadantenus vrbis.

Exceptos casus regula iuris habet.

15) *De reliquis aedificiis intra moenia.*

Caetera quid referam? sunt vilia tecta, ni-  
tentem

Quaedam ac affectant aedificata polum  
Inter, quae lapidum quadrata ex mole ve-  
tusta

Reichiadum, turri condecorata simul.

Est decori, quicquid commendat sancta ve-  
tustas,

A reliquis illi magnus habetur honor.

16) *De aedificiis extra moenia.*

Sunt inter vallos et moenia tecta, cruentum

Est tormentorum sub quibus omne genus.

Sunt etiam portis, pontique insigniter aedes

Quaeque superstructae, non male sexque  
molae.

C

Tunc

Tunc bene constructa vrbs per singula mem-  
bra vigebit,  
Si bello et paci commoda tecta fient.

17) *De speculis et regularum aedibus  
apud confinia.*

Hammelides speculas quinque ad confinia  
quondam  
Regalesque vias, apposuerunt suas.  
Ruri Tundaridum teglarum obuertimus  
aedes (a)

Nos prisco structas more et amore lucri.  
Cauponam exercent, oblectamenta prae-  
bent

Omnes. Ruris amor dulcis, odorque lucri.

(a) 1647.

*Cap. VI.*

De forma interna Reipubl.  
Hamel.

1) *De Magistratu Superiori.*

Quondam Fuldensis, nunc Brunsvicensis ha-  
betur

Hammelia et Ducibus libera facta subest.  
Et Brunsvicensis Dux imperat omnia summis  
Ciuibus et pressis subuenit ille reis.  
Imperii rectus membrorum postulat ordo,  
Pareat inferior, summus et arte regat.

2) *De*

2) *De Praefectis militiae legionariis et  
eorundem legatis, qui in vrbe Hamel.  
militibus praefuerunt.*

Praefectos et legatos legionum Hamelenfes  
Fortunae ad nutum fustinuere probos.  
Aggeribus vallos circum pro more dederunt  
Ingenii et fossis, quae repleantur aqua.  
Vt propugnaclum tandem vrbs cis dulce vi-  
furgis  
In bene munitum creuerit inde latus.  
Hi mundi casus, vt summus nemo repente.  
Tempore res crescat, quae modo parua fuit.

3) *De Magistratu inferiore Senatu.*

Ordo Senatorum maiorum consule claudit  
Hammeliae bis sex, vota rogante, viros;  
Ast mercatores quatuor, sexque ordo mino-  
rum  
Ex populo, artifices octo, decemque tenet.  
Hi populi caetus ex legibus atque statutis  
Pro varia varie conditione regunt.  
Est honor ad vitam, constans, verum annua  
cedunt  
Officia. Ordo bonus fustinet vrbs onus.

4) *De Collegio Canoniorum,*

Ad canones viuens, tractat patrimonia sancti  
Et sacra Bonfacii gnauiter ordo facer.

Atque stas Pfalmos in templis intonat horis,  
 Numinis in laudes, subsidiumque homi-  
 num.

Nemo sibi satis est, eget omnis amico amico,  
 Praecipue donis, auxiliisque Dei.

5) *De tribus Consulibus.*

Hammelides tribus, vt Rhenana Colonia,  
 gaudet

Consulibus, ternas adhibuisse vices.

Vnus cuncta regit, camerae sed praefidet  
 alter,

Tertius immunis quoque labore vacat.  
 Sed non consilio dando subducitur ille.

Alternis vicibus stant moderata diu.

6) *De regimine ecclesiastico et  
 scholastico.*

Et Superintendens, tres pastoresque, duoque  
 Custodes, tractant religionis opus.

Rector, Conrector, Subconrectorque supre-  
 mae

Cantor et Adiunctus, tum infimus ille  
 scholae,

Argutamque praestit tradens arithmeticus ar-  
 tem,

Sunt aliae sexus, foemineique scholae.

Hae fundamentum tradunt pietatis et artes.

Ex templo atque schola publica nata salus.

7) *De*

7) *De officio aduocati et praetoris peregrini.*

Primus Euersteniae comes est a praesule factus  
Fuldae, vt patronus nobilis Otto graui,  
Coenobii Hammelidum super agros Brunfui-  
giorum

A comite id ius dux emit amore loci.  
Nunc peregrinorum causas diiudicat ipse  
Praetor ciuiles illius inde solum.

8) *De plebiscitis et iustificatione delinquent.*

Iudicium inferius tractatque in sede forensi,  
In plebiscitis iudiciumque fouet.  
Iudicium inferius quoad et quoque crimina  
tractat

Vectigal merces pertrahit atque suum.  
Agricolarum vrbs confirmet iuraque cun-  
ctum

Quod nunc vsus habet, ius fouet inde Ducis.  
Huius at omnimoda sub cognitione Visurgis  
Ripam extra. Imperium conditione viget.

9) *De regimine seculari et quidem de personis iudicio et camerae adiunctis.*

Ordo Senatorum sinuosa negotia tractat  
Nobilis vrbs, amans plurima vota sequi.  
C 3 Iudi-

Iudicio simul ipse praeest; sed Syndicus  
atque

Quidam a secretis dexteritatis amans.

Quidam a secretis camerae, adiunctusque  
labori.

Virtute ac opibus constat in vrbe salus.

10) *De officiis Senatorum Maiorum.*

Qui coelum a summo stat praetor in ordine  
primus

Hammeliae, artificum, consule quemque  
regit,

Post camerae, nummique noui stat cura si-  
gilli,

Vini et equum, fisci post et esocis erit.

Quodlibet officium gaudet mercede laboris

Pro modulo. Gratis poenitet esse probum.

11) *De officiis Senatorum minorum.*

Ordo senatorum sumit sibi quaeque mino-  
rum

Praetura excepta, dum creat, officia.

Cambia cuncta, molas, sacra munera, phar-  
maca curant

Soli, aedilitia hos cura, laborque manet,

Cura leuis motus, ignis, plateaeque, legen-  
tis

Votaque. Communis commoda nutrit ho-  
nos.

12) *De*

12) *De officiis, quae quibusdam de populo committuntur.*

Hammeliae conferuantes, statuta iura tribunos  
 Plebis habet populus lenis honore pares  
 Bis sexque hos praeter, sylvarum et ruris  
 amoeni

Rege inspectores, siqua pericla duce.  
 Caetera quid referam, prope cuncta sub ordine quodam.

Factorum cunctis vita fit ordo viris.

13) *De ciuibus caeteris seu subditis.*

Hammelides qui extra officium, bene tempore parent

Quouis fortunae, quomodocunque furit.  
 Haectenus innumeris vrbs est quassata procellis,

Et tamen euasit, quomodocunque mala.  
 Si bonus est genius populo, leuat ille senatus  
 Curas et magnum quodque regentis onus.

14) *De Religione.*

A pure humana est studiis purgata Lutheri  
 Relligio Hammeliae, traditione probis.

Illa informatur plura studiosa iuuentus,  
 Gnauiter atque bonis artibus illa studet.  
 Relligio ac artes sunt, quas respubica poscit  
 Pro fundamento recta tenere, bonae.

15) *De Assessoratus dignitate, quatuor  
magnis ciuitatibus ducatus Calenberg.  
a principe Iulio concessa 1587.*

Göttinga ac Hannoura potens, Northemia,  
semper

Hammelia et Dominis obsequiosa suis,  
Vrbes hae quatuor magnae iam a principe  
factae

Assessoratus sunt in honore pares.  
Iudicium voluit spectabile reddere princeps.  
Iustitia ac ius est, quod regit vrbis onus.

16) *De quatuor nundinis a principe Eri-  
co concessis ao. 1556. d. purific.  
Mariae.*

Hammeliae Ericus quatuor cum iura beni-  
gnus

Mercatus solita pro pietate dedit,  
Actus exercet quatuor, sic laeta quotannis

Et victum parca quaeritat illa manu,  
Haec indulta Ducis faciunt; Nil principis  
aura

Propitiique Dei maius in orbe viget.

17) *De aliis iuribus.*

Praeturae imperium, collegia, iura mone-  
tae,

Conductus, fisci, nobilis atque meri,

Pro-

Prouentus pontis, portorium et inde figilli  
 Et pignorandi vrbs iura et esocis habet  
 Cambia, cauponas, libramque exercet, vt illa  
 Vfus nam se animae, iuris ad instar habet.

18) *De iurisdictione omnimoda ciuit.  
 Hamel. per totum districtum.*

Omnimoda Hammeliae ambit iurisdictione,  
 quantum

Publica septa tenent, publica scripta pro-  
 bant.

Scripta probant latum et diffusum, pondere,  
 tractum

Attestatorum, qui viguere, Ducum.

Vis est scriptorum quam maxima, pristina  
 seculo

Iura et praesenti quaeque tuenda tenent.

19) *De collectis.*

Collectas vt habet regalia principe quaedam  
 Sub Brunsvicensi vrbs, imperiumque me-  
 rum

Ciuiibus imponit, sumitque tributa quotannis  
 Bina ac impendit pro ratione status.

Vltra haec collectas varias Ducis Hamme-  
 liensis

Aulae dependent pro ratione status

Subsidio nunc personae: sic res quoque pace  
 Et bello tutae semper in vrbe, vigent.

20) *De venatione ciuitatis Hamel.*

Hammelides quocunque modo quascunque  
ferarum

Venari gaudent per sua quaeque loca.

Quique Senatorum si retia bina, canesque

Nunc alerent, essent damna parata feris  
Aëris aucupium exercent, fluuiumque fre-  
quenter

Piscatum; Praxi pristina iura vigent.

21) *De iure lignandi et compascendi  
extra districtum.*

Lignandi Hammeliae districtum competit  
extra,

Compastusque suis curaque iusque locis.

Per nemora et saltus rurisque ac aequora ciues

Pignora dum capiunt, iura tuenda fouent.

Sic homini et pecori prudens prospexit auo-  
rum

Aetas. Tutores posteritatis, aui.

22) *De iure piscandi senatus.*

Salmonum mira gaudet perfaepe senatus

Captura et quicquid squammae regna te-  
nent.

Aggere sed rupto, iactura in flumine cun-  
ctos

Atque molae redivus saepe vorare solet.

Sic

Sic saepe in tenues splendens dissoluitur  
auras.

Bulla, nec informata post lucra fucus habet.

23) *De Senatus locis ad piscaturam  
reservatis.*

Westenium, Wesera infra aggeres et ad vlti-  
ma fossae,

Ac urbis fossae, quaeque replentur aquae,  
Ista reservata Hammelidum pro more Senatus

Ad piscaturam quantulacunque vigent.

Non eadem sed succedit piscatio semper.

Quicquid fortunae subiacet, ambiguum.

*Cap. VII.*

*De affectione,  
et quidem*

1) *De loco in genere.*

Hammeliā montes, et pons et flumina cun-  
ctis

Iucundam aspectu, fertile rusque facit:  
Rus quoque planities, montosa cacumina lu-  
dens

Echo commendant, herbiferumque ne-  
mus,

Editus et fundus tectorum, aërque salubris.  
Commendant celebrem maxima dona lo-  
cum.

2) *De*

2) *De Hortis.*

Condidit egregium Doctor doctissimus hor-  
tum  
Burchardus Vornwalt, egregiamque do-  
mum.

Condidit eximius laudandum hortumque  
Magister

Ioan Lamannus, in hoc eximiamque do-  
mum.

Sunt plures horti sua queis dona atque vo-  
luptas.

Namque locum egregium plurima dona  
manent.

3) *Ad miratorem de horto et secessu Do-  
mini Seb. Spilckeri Clütianis.*

Hortus in Eois domus et spectabilis oris,  
Quos Clüti, Hammelidum tempe et amoe-  
na fouent.

Ipsè Sebastianus quos feci ex arte probata  
Spilkerus vegetus, commoditatis amans.  
Nimirum Laurembergi bene cautus ad horti  
Culturam feci cum ratione meum,  
Et Flotae et Pollae, Marpurgi et cautus ad  
hortos

Et Rheni ad tractum condidi et ipse meum.  
Arte in quincunces fossis et sepis amictos  
Sexcentum arboribus, duplicis arte,  
fatis

Arte

Arte emolliui faciem telluris acerbam,  
Vincit amor, nec non improbus omne la-  
bor.

Cur lapidum vero secessum ex mole pararim  
Quaeritis? Est aestus, causa probanda,  
loci.

Cur duplicem? dictis cur iunctis, quaeritis  
vltra

Vnus custodi conditus alter hero.

Imo vt pro donis laudetur, proque cauendis  
Oretur damnis, constet et ansa Deus

Triticeum granum primo deuenerat anno

Supra illud: *Miserens* est Deus ipse PATER

Centum sexaginta vnum grana istud aristis

Sex tulit, auspiciam quod reor esse bonum

Secessum tali decorauit munere summus

Ihoua det eueniant omina fausta meis

Nam sine coelesti nihil est labor improbus  
aura,

Nonque quod exstructum, quam bene ce-  
dit opus.

4) *Ad Dominum praedicti horti et se-  
cessus Ianus Bet-sas de Fusis per  
Anagram.*

Secessus dum quisque tuos, hortumque vo-  
lutat

Delicias, quaerit de ratione tua.

Forte ad structuras hortosque vocauit amoenas

Clutus et vtilitas et leuis vmbra domi.

Vmbra

Vmbra domi, leuis vtilitas et Clytus amoenus  
 Mirum! quod tanti causa laboris erant.  
 Sic sonat inuersus versus, tu corrige fundum,  
 Vt coeptum et sensus rector inde fluet.

5) *De Agris et pascuis.*

Foecundos agros sterilesque et pascua pauca  
 Hammelidum tractus, quam spatiosus ha-  
 bet.

Suasi saepe meis agros in pascua pronos  
 Mutarent, pecoris commodiora gregi.  
 Namque est consilium, quod dat res ipsa, sa-  
 lubre  
 Nec si non sequeris, commoda magna feres.

6) *De Montibus et Syluis.*

Montes et fyluas circum se laeta iacentes  
 Multas herbiferas, glandiferasque tenet.  
 Inter eos Clytum sat amoenum et insuper  
 herbis

Foecundum Medicis vrbs Hameloa fouet.  
 Ne qua voluptati desit quam commoda sedes,  
 Echo in dulcisonis vallibus apta sonat.  
 Si patriae, si quisque domi per aspra labore  
 Fessus, sylua et mons quem recreare queunt.

7) *De Fluuio Visurgi.*

Ad latus Hammeliae planum defluxit et Euri  
 Terribilis tremulae fronte Visurgis aquae  
 Nunc

Nunc bene compactis occasum astringitur  
 vrbi  
 Illicibus versus, vallaque munit aqua.  
 Nauibus asportat merces, piscesque ministrat  
 Multos. Fortunae est quam status ambi-  
 guus.

8) *De Fluuio Hamela.*

Vrbi qui ornatum fluuius dedit Hammela  
 muros  
 Turrigeros inter valla et amoena fecat.  
 Truttis, anguillis fundoque haerentibus alto  
 Piscibus, et cancris gaudet vbique probis.  
 Gaudet aqua dulci comitatis et aequore ruris  
 Tempe commendant, vtilitasque locum.

9) *De aëre et auibus.*

Hammeliae ac ruri bonus aër et aura salubris  
 Humanos animos vt medicina beat:  
 Et varias species auium et resonabilis Echus  
 Et voce et cantu quaeque sonare facit:  
 Est homini nil vtilius, quam quemque valere  
 Quemque animum fessum quam recreare  
 semel.

10) *De Tempore.*

Non patet Hammelidum quando vrbs sit con-  
 dita seculo  
 Post Christum nono condita forte fuit.  
 Fecit

Fecit Euerstenium comitem quod rite patro-  
num

Nomine Fuldae Abbas scribitur homminii,  
Quod bene tunc gessit sese erga ecclesiam et  
urbem

Quod seculo vndecimo post refutauit onus.  
In coniecturis merito vestigia priscae  
Aetatis sequimur, quod noua certa minus.

*Cap. IIX.*

1) De obiecto.

Hammelides potum faciunt, commercia,  
Musas,

Mechanicas artes, rura pecusque colunt.

Pars indefesso reliquis sudore laboris

Inferuit, faciens, quae facienda iubent.

Scilicet ex medico et medico non ciuica  
turba,

Verum vrbs ex medicis, agricolisque vi-  
get.

2) *De Cereuisia et Bröhana ciu.*

*Hamel.*

Olim in longinquas cereuisia vendita terras

Hammelidum cunctis potus amicus erat.

Nec male nunc audit, nunc quantumcunque  
bibacum

Scorbuti fomes, grata Bröhana gulae

Nimi-

Nimirum medica est cereuisia nostra. Bibaces  
Heu! medicos potus morte premente bi-  
bunt.

*Cap. IX.*

De effectis et factis memo-  
rabilibus.

1) *De Translatione eccles. Hamel. cum  
pertinentiis ad coenobium  
Fuldense.*

Templum, vt Bernhardus Romano struxit ad  
Hamlae

Effluuium, Angariae non sine laude comes.  
Coenobio Fuldae cum villula et Hammelienfr  
Illud Bonfacius tradidit ipse pius.

Papa Leo consecrauit, Carolus stabiliuit  
Caesar. Cuncta Dei ius hominumque  
ligat.

2) *De dissidio ciuit. Hamel. et  
Nobilium.*

Hammeliam Fuldae defensor strenuus olim  
Iuribus ornauit, mente ferente nouam.  
Iura sed ad summum vt creuerunt postmodo  
rixa

Ciuiibus inde nouis, nobilibusque fuit.

D

Imo

Imo et Barones cumularunt damna supremi  
 Quid mirum? inuidiae maxima quaeque  
 patent.

3) *De venditione ciuit. Hamel. ao. 1259,  
 facta, et bello cum Episcopo Mind.  
 1259, inito.*

Hammeliā Fuldae Mindensi vendidit Abbas  
 Praefuli, at inuitam, iure vetante, grauis  
 Et defensoris comitis ius vendidit illi  
 Durus Euersteniae quod reprobauit opus.  
 Praeful vt inuitam voluit sibi subdere, victa  
 Cis Zedemündenses (quod male cessit)  
 agros.

Occisis multis, captiuos Minda recepit.

Non temere erumpant, qui loca tuta  
 tenent.

4) *De Transactione inter Episcop. et  
 Eccles. Mind. ex vna, et Comites de  
 Euerstein ac oppidanos villae  
 Hamel. ex altera parte.*

Praeful sustinuit Mindensis iura pacisci  
 Quae dudum Hammeliae Fuldam habuisse  
 ratus.

Insuper Hammeliae Mindensis et addidit  
 vrbis

Iura, animos miti conditione linens.

Nempe

Nempe vbi directis non passibus expedit  
ire,

Ad fixum obliquis expedit ire scopum.

5) *De acquisitione ciuit. Hamel. a Ducis  
Otthonis Progenit. omnium Ducum Br.  
et Lun. filio Bunting in Otthon.  
p. 205. ab Alberto M.  
Duce Br. facta  
1260.*

Hammelides statuunt, quo se defenderet, esse  
Brunsuigii Alberti sub ditione Ducis.  
Dux Minda obsessa, captiuos reddere cogit  
Praesulem ouans, pacti literulasque gra-  
vis.

Facta pace ducis post sub ditione remansit  
Urbs; Vis iniusta non diuturna iugi.

6) *De acquisitione Aduocatae super  
bonis Eccles. Ham.*

Verus Euersteniae defensor rite bonorum  
Coenobii Hammeliae factus ut Ottho Comes,  
Ipsi concessio de iure a Praesule Fuldae  
Praesul Mindensis pacta subire ratus  
Pacta subit Magno cum Alberto, Marte coa-  
ctus,  
Brunsuigio. Vim vi pellere quisque  
potest.

7) *De aedificatione templi in honorem  
S. Nicolai.*

Postquam a Mindensi prostratos praefule ciues  
Nicolai in sancti condidit aede solum,  
Extendere suis, quam late sumptibus aedem  
Ciues Hammeliae, in funera tecta pii  
Virtus cum viuis, viuit post funera virtus  
Viuit, in obsequium ducit amore bonos.

8) *De oppignoratione ciuit. Hamel. facta  
a Friderico Duce Grupenbag.  
Bernhardo Duci Luneb.*

ao. 1409.

Principi vt Hammeliam Bernhardo cedere  
Zellae

Grubenhagensis dux Fridericus auet,  
Pignus inuit proprio quam clemens aere luen-  
dum

Consensu Hammelidum, non onerosus  
eis.

Antiquo tractat ciues ita more fideles.

Moribus antiquis resque fidesque vigent.

9) *De confirmatione Priuilegiorum ciuit.  
Hamel. a Wilhelmo bellicos. et Hen-  
rico pacis. Ducibus Br. et Lun.*

Henrici sen. filiis,

ao. 1427.

In

In genere Hammeliae confirmant iura Wilhelmus

Henricusque duces, queis modo cauta viget  
 Queis viget a multis seclorum nobilis annis,  
 Quaeque ad praesentem possidet vsque diem  
 Scilicet est viridis iuris durabilis vsus.

Vita, nec ad pigros assa columba venit.

IO) *De oppignoratione dimidiae partis  
 ciuit. Hamel. a Friderico et Otthone  
 Duc. Br. et Lun. facta Episcopo  
 Hildes. Magno, Duci Sax.*

1433.

Dimidium Hammeliae, Magni, Fridericus et  
 Ottho

Pignus, vt Hildesiae praesulis esse volunt,  
 Pacta duces feriunt cum praesule cauta, soluto  
 Pignore quod placide reddere iura velit.

Pignoris iniustum est nimirum iure soluto  
 Res alius proprias sumere, iusque sibi.

II) *De Retentione dimid. part. ciu. Hamel.  
 a parte Wilhelmi Duc. Br. et Lun.  
 facta 1436.*

Dimidium Hammeliae pro praesule rite Wilhelmus

Seruat Brunsvigijs dux sua iura tuens.  
 Dux sua iura tuens cum praesule rite resumit,  
 Homminii a cunctis ciuibus vsque fidem.

D 3

Quam

Quam mirum! Hammelia est dominis subie-  
cta duobus  
Cum seruire queat nemo duobus heris.

12) *De confirmatione Priuileg. ciuit. Hamel. ab Episcopo Hildesf. Magno, Duce Sax. facta 1436.*

Brunsuigio - Luneburgi, quae salua relinquunt

Vtrique haeredes quae quoque iura duces Hammeliae magno clemens diplomate firmat Hildesiae praesul, Magnus, et vrbis opes. Sic est proprietas salua et quoque pignora bina

Ex cautis factis iura cuique manent.

13) *De confirmatione Priuilegiorum ciuit. Hamel. ab Erico seu Wilb. iun. filio Duc. Br. et Lun. 1495. facta.\**

Agnati litteras, quas maioresque dederunt Henricus senior tumque Wilhelmus auus, Insuper Ericus seruire fideliter illas Hammeliae senior se obligat ipse datas. Brunsuigii quanta est ducis haec clementia tanti?

Verus amor cum aliis diuidit omne bonum.

\* *Bünting. in Erico p. 525.*

14) *De*

14) *De Basilisco Hameliae forsan  
animaduerso 1511. anno.*

Hammeliae puteum basiliscus creditur olim  
Intrasse, afflatu tresque necasse cito.  
Stat ratio, extinxit demissam forte lucer-  
nam.

Auditum visum praetereaue nihil,  
Forte fuit verus basiliscus, forte malignus  
Ex terrae venis spiritus ille fuit.  
Saepe per occultum medium peccata Ie-  
houa  
Punit, nec nostrum est de ratione queri.

15) *De deditioe ciuit. Hamel. volunta-  
ria, Erico seniori et Henrico iun.  
facta tempore belli Hildes.  
ao. 1521.*

Hammeliam Ericus, nec non Henricus in  
ipso

Dux bello Hildesiae cepit vterque truci.  
Sive metu ciues perculsi, dedere sponte  
Sese persuasi sunt vel amore ducum,  
Nempe est subiectis reuerentia, pronus a-  
morue

In dominos, fortem, qui bene quamque  
iuuant.

16) *De obsidione ciuit. Hamel. a Philippo  
M. Duce Br. et Lun. Henr. iun. filio  
facta ao. 1542. tempore persecu-  
tionis suae a protestantibus  
imp. Rom. inceptae.*

Hammeliā obsessit Magnus sine clade Phi-  
lippus

Brunsiugii Dux in ciuica tecta furens.

Haec Plato pro meritis vrbi tunc otia forsan,  
Dictus ab Heluenda, fecit ad arma ferox.

Sic quondam retulit serpens Aesopicus almae  
Ruricolae officium grande, receptus humo.

Quam grande est vitium, quando incola ter-  
ritat urbem

Ingratum si quem dixeris omne malum.

17) *De Reformatione Ducat. Brunsu. ab  
Elisabetha Brandenburg. vidua  
Ernesti sen. postea facta  
ao. 1540. \**

Vt dea terrestris, Sic Elisabetha salutem

Brunsiugii populi quaesit : artis opus.

Astrinxit proceres conuento prouida pacto

Et verae fidei pandit amica statum :

Nec male scripturas a traditione resoluit.

Principibus curae plebis amica salus.

\* *vid. Bunting. in Er. p. 526. 27. 28. et 29.  
ordin. Eccl. illius.*

18) *De*

18) *De reformatione ciu. Hamel.*  
 ao. 1540.

Rudolphus primum docuit Mollerus in vrbe  
 Dogma repurgatum traditione pius.  
 Quae probitas cauit morum et doctrina ve-  
 tuustum  
 Errorem, cauto consilioque scidit.  
 Hoc virtutis opus. Namque expers concio  
 magna  
 Et vis consilio maxima mole ruit.

19) *De primo incendio ciuit. Hamel. et*  
*peste memorabili ao. 1551.*

Hammelia primum consumpsit duriter aedes  
 Centum ac sex denas ignis in vrbe vorax  
 Quadringenta hominum ac mille extinxit  
 eadem  
 Hammelia quondam pestis in vrbe ferox.  
 Quid mirum structis fortassis in aedibus ae-  
 dem  
 Spreuerunt, ipsi causae vtriusque mali.  
 Et sibi sic furdus mala caccat et accipit inde,  
 Quisque suae fortis dicitur esse faber.

20) *De enormi exundatione Visurgis et*  
*annonae caritate ao. 1552.*

Exundans varios infestus vbique Visurgis  
 Vicinis, pontes sustulit ipse suos.

Immota infelix seges et cum turbine gran-  
do

Annonae carae causa fuere cadens.

Quae causa? Hammelides commercia pauca  
visurgis

Exercent, apti ad rura colenda magis  
Artem quam didicit, quiuis exerceat, inde  
Successum speret, damna ferenda ferat.

21) *De confirmatione priuilegii ciu. Hamel.  
ab Erico iun. Eric. sen. filio Duce  
Br. et Lun. facta ao. 1556.*

Non vrbis libertatem non iura spondit  
Turbare Ericus Iunior ipse pius,  
Quam quaeque a variis, quam maxima quae  
quoque longo

Hammelides dominis tempore forsan ha-  
bent,

Testibus atque illis dux iura relinquere velle  
Scripsit; praestanda est et sine teste fides.

22) *De secundo incendio ciu. Hamel.  
ao. 1560.*

Eximias quatuor quadragintaque vorauit  
Hammelia rediens ignis in vrbe domos  
Quam forsan varios et misit in aethera plan-  
ctus

Hammelia et dominum sera poposcit  
opem.

Sci-

Scilicet ingeminat poenam Deus, arduus  
imi

Ingeminant homines si mala facta, suam.

23) *De confirmatione priuil. ciu. Ham.  
a Iulio Henrici Iunioris filio Duce Br.  
et Lun. facta ao. 1585.*

Iulius a cunctis prae decessoribus vrbi  
Hammeliae firmat Dux data iura suae  
Quae facto exhibuit, iam dudum quaeque  
quiete

Possedit, quae iam possidet illa modo,  
Mutata in quantum non sunt et quae aequa  
et honesta.

Dux cautus caute ciuica iura cauet.

24) *De confirmatione priuil. ciu. Ham.  
ab Henrico Iulio, Iulii filio Duc. Brunsv.  
et Lun. facta 1589.*

Iulius Henricus Dux praecefforis ad ipsum  
Exemplum firmat iura tenore pari.  
Iura, ex quam longo seclorum tempore quae  
iam

Duxere Hammelides, iamque decenter  
habent,

Iamque inturbati, quae possidere, quiete  
Iamque tenent. Praxi iura vetusta vi-  
gent.

25) *De*

- 25) *De confirmatione priuilegii ciu. Hamel.  
a Friderico Ulrico, Henrici Iulii filio  
Duce Brunsv. et Luneb. facta  
ao. 1613.*

Vt Dux Ulricus Fridericus, Ienis in omnes,  
Guelphiaci finis stemmatis ille sui,  
Non minus Hammelidum confirmans iura,  
recepto  
Roborat illa quidem more, tenore, modo.  
Sic et principibus solito decurrere fas est  
Tramite, nec laudis plus tenet vlla via.

- 26) *De Repetitione Ciu. Hamel. post adiu-  
dicationem ducatus Grubenhagen. a  
Caesare facta domui Zellenfi  
ao. 1616.*

Lunaeburgiaci vt veniunt ad iura ducatus  
Grubenhagensis, lite ferente, duces.  
Hammeliam merito duplici sibi proprietatis  
Iure simul repetunt, pignoris atque sui.  
Nec ius, Hildesiae, nisi pignus, praesulis ob-  
stat  
Iura priora, reor, sunt potiora nouis.

- 27) *De Aquaeductu ciu. Hamel. facta  
ao. 1617.*

Prorsus aquaeductum non eduxere Visurgi  
In patulum Hammelides parcius aere forum,  
Quae

Quae ratio? Expositus fons est antiquus vt  
hosti,

Sic igni visus promptior ille nouus.  
Nunc iacet in mundi partes disiectus vter-  
que.

Qui cito quid mutat, perdere vtrumque  
solet.

28) *De occupatione Ciu. Hamel. a Chri-  
stiano IV. Danorum Rege facta ao.  
1625. d. 13. Iul.*

Hosti Christianus Danorum obsistere rex vt  
Discupit, Hammeliae moenia tuta subit.  
Ipsemet excubias visens, cito decidit alto  
Vallo, Infelicis signa repente manus.  
Hem nimis accelerat vehemens vigilantia  
damnum,  
Vt durare solent quam moderata diu.

29) *De occupatione Ciu. Hamel. a Ioh.  
Tzerclao, Comite a Tilly facta ao.  
1675. d. 12. Aug.*

Regna subactus Brunonia Tillius arte,  
Hammeliam miti conditione capit.  
Tempestate graui perculsus forte, vel inde,  
Quod bene Brunsvigiis induperare queat.  
Vel cohibet maior vis vim, vel maius vt  
inde  
Proueniat lucrum, vis moderanda venit.

30) *De*

30) *De motu quorundam ciuium Hammelensium* 1626.

Hammelia vt capta est, oneris pertaesa ferendi  
Excutare aggressa est pars male sana iugum.

Maxima detectis diuinis percita poenis  
Pars non infidiis astipulata fuit.

Recte. Namque Deo auxilii praescribere  
tempus  
Non licet et priuis tollere grande iugum.

31) *De Persecutione ciu. Ham. ao.*  
1626.

Suspectam Hammeliam mire infestare tendit

Tillius, auxilii spes prope nulla fuit.  
Consilio et nummis tunc Iustus Kipius, aequi

Doctor Gerhardus Reichius arte vigent  
Nec non Tobias Dempsterus fortis ademit.  
Exitium virtus tollere grande potest.

32) *De Henrico Cöftero et Iob. Noltenio,  
latronibus punitis ao. 1628.  
d. 2. April.*

Quod trux Cöfterus ciuem et Noltenius  
atrox

Occidere ex odio sustinuerunt suum,  
Obque

Obque frequens facinus, præcisus ense ne-  
catus

Is digitis est, attusus hic inde rota.  
Iustitiae et iuris sunt sancta oracula, poenas  
Persequere inflecti nescia quasque flagrant.

33) *De Mutui quoad civ. Hamel. deposi-  
tione facta circiter annum*  
1628.

Hildesiae postquam praeful sibi proprietatem

Hammeliae attribuit, iure vetante, gravis  
Pignoris Hammelides nummos deponere  
gaudent

Hildesiae, externum et tollere iure iu-  
gum

Non bona verba illos, bellum non territat  
illos.

Est servare ducum ius decus atque  
suum.

34) *De reformatione templi Boni-  
faciani* 1630.

Osnabruggensis Praeful Franciscus vt ur-  
bem

Ad Romae Hammeliam cogere dogma stu-  
det:

Bonfacii templum pro religione reformat  
Romana, cultum substituitque novum.

Cae-

Caesaris edictum generale haec otia fecit.  
Religio auxilio supperioris eget.

35) *De Translatione et Homagio ciu.  
Hamel. Christiano Duci Br. et L.  
Zellenfis lineae facto*  
1630.

Tillius Hammeliam cum aliquando intrabat  
amoenam  
Zellenfi iurat ciuica turba duci.  
Tillius excipitur sat laute, oblata senatus  
Detrectat, graue non ciuibus vidit onus.  
Per varios casus, cita per discrimina rerum  
Propositum virtus est tetigisse scopum.

36) *De confirmatione Priuileg. ciuitat.  
Hamel. a Christiano Duce Br. et  
Lun. facta ao.*  
1633.

Processu Viricus victus Fridericus vt vr-  
bem  
Christiano Hammeliam tradidit ipse duci  
Hic aeque illius firmavit iura recepto  
Maiorum exemplo more, tenore, modo.  
Ad verum haeredem redeunt sic Hamme-  
lenses.  
Res saepe ad dominum quaeque redire  
solet.

37) *De*

37) *De signo anteced. obsidionem et  
de ipsa obsidione*  
ao. 1633.

Hammelia vt tandem fuit amittenda, re-  
mixta

Ante nouam portam sanguine fossa, fuit  
Obsidio incepit post hac, prostrauit ibidem  
Marticolas multos sanguinolenta manus.  
Hoc fuit auxilium Ihouae maturius. Omne  
Ad Domini nutum statque caditque ma-  
lum.

38) *De signis anteced. deditionem*  
ao. 1633.

Hammelia obsessa, ventorum nuncia, turri  
Cum cruce decutitur bractea mira globo.  
Cruque globo, effigie Christi formata, se-  
pultus

Discutitur miles, discutiturque solum.  
Tale manus signum victricis Turca puta-  
vit

Vrbem vt ad Vngariae, nonque fefellit  
idem.

Vt res portendunt caeca caligine miras,  
Prodigiis raris est adhibenda fides.

39) *De praelio Georgii M. Ducis Br. et  
L. Oldendorpiaco Schaumburgico*  
ao. 1633.

Hammeliā cingit Dux dum obfidione Ge-  
 orgus  
 Lunaeburgiācus non fine clade suam  
 Oldendorpiaco-Schaumburgici in aequore  
 ruris

Sternit, ouans hostes et sine clade fugat.  
 Hic fuit auxilii fat felix exitus. Omne  
 Si Deus adiudet, tunc bene cedit opus.

40) *De amissione ciuit. Hamel.*  
 ao. 1633.

Tillius Hammeliā coepit, Gronsfeldius il-  
 lam

Amisit, gaudens ad dominum illa redit.  
 Ille haud infelix, verum infelicioꝝ alter,  
 Cuncti infelices postque fuere duces :  
 Cum Magdeburgum vasto crudeliter igni  
 Vastarunt, ciues ense necare simul.

Relligio hanc sortem peperit vexata. Re-  
 quirat  
 Non vim, sed suafus relligionis opus.

41) *De deditioe ciu. Hamel. ao.*  
 1633.

Hammeliae vt victor Dux iure Georgius vr-  
 get

Belli heros celebris deditioꝝ opus.  
 Pacta Schelhamerus, miles dexterrimus ampla  
 Pangit et heroum migrat ab vrbe modo.  
 Pro-

Protinus egregium victorem sensit et hostis  
 Victus et egregium victor in vrbe virum  
 Dux laute excipitur, peragunt conuiuia  
 ciues.

Nubila post phoebus, post mala saepe  
 bona.

42) *De onere ciu. Hamel. recupe-  
 ratae 1633.*

Hammelia amissa vt fuit, a dominoque re-  
 cepta,

Victori magno magna talenta dedit.  
 Omnia victori cesserant, hostis in vrbe  
 Extra habuit pactum quae modocunque  
 suum.

Belli namque obsessam victor sibi vindicat  
 urbem

Iure ac exceptas non prius hostis opes.

43) *De confirmatione priuilegii ciu. Hamel.  
 ab Augusto, Duce Br. et L. Chri-  
 stiani fratre facta 1634.*

Brunsuigio-Lunaeburgus Dux pristina Zel-  
 lae

Hammelidum Augustus firmat et ipse pius.  
 Firmat, vta longo seclorum tempore poscit  
 Maiorum exemplum, mos tenor atque  
 modus

Inde auxit laudes post funera faeva virentes.  
Quaesita ex factis nescia fama mori.

44) *De Anna ab Vnna saga punita* 1636.

Nil quicquam quod egens Vnnauia laeserit  
vnquam,

Plectenda vt gladio vindice saga fuit,  
Besselius tunc, dux legionis, forte morari  
Hammelidum voluit publica iura diu.  
Sed nihil obtinuit, periit sub vindice saga  
Ense. Urbis virtus pristina iura fouet.

45) *De Confirmatione priuilegii ciu. Hamel,  
a Georgio M. Duce Br. et L. Augu-  
sti fratre facta* ao. 1636.

Dux Magnus fama, factisque Georgius heros,  
Martius Hammeliae non stata iura negat.  
Non negat a sese captae firmare recepto  
Maiorum exemplo, more, tenore, modo,  
Miles hic est et sic solitis se ritibus aptat.  
Virtus a captis continuisse manūs.

46) *De Praemunitioe ciuit. Hamel.*  
1641. et 42.

Dux Picolomini postquam infestare ducatus  
Brunsuigios caepit, Caesaris altra manus,  
Hammelia est validis vallis, fossisque resecta  
Altis, occulta et queis fauet urbis aqua.

Hoflis

Hofis ab Eimbeca, potuit concedere, apertis  
 Aggeribus ficco nos et adire pede.  
 Scilicet egregius munimen et edocet hofis  
 Et vigiles ciues mens generosa facit.

47) *De immani exundatione Visurgis*  
*ao. 1643. Tr. Reg.*

Nix nulla et frigus nullum fuit, ipse Visurgis  
 Turgidus ex pluuia montium adire pedes.  
 Curiam adire, forum, templum et conuellere  
 pontem  
 Quondam gauisus, durus in vrbis agros.  
 Non audita fuit tanta inclementia coeli  
 Et fluuii. Per aquas vindicat acta Deus.

48) *De pace particulari super Episcopa-*  
*tu Hildes. facta ao. 1643.*

Christianus pacis pactum Ludouicus iniuit  
 De lite Hildesiae particulare nouum.  
 Pacificus populi spectauit commoda pressi  
 Dux et mandatum pondus amoris habens.  
 Quae fama, aut merces! Hanc dant oracula  
 coeli:  
 Qui Dux pacificus, filius ille Dei.

49) *De Confirmatione priuilegii Ciu. Ha-*  
*mel. et feriis Homagialib. Christiani*  
*Ludou. Pacifici Duc. Br. et*  
*Luneb. facta 1645.*

Christianus fasces Ludouicus iura recentis  
 Hammeliae vt firmans moribus aptus  
 adit,  
 Hammeliae rarus consul Gerhārdus adum-  
 brat

Antiquum eloquii Reichius arte statum.  
 Insolito capti Salmones tempore tres et  
 Bis deni, oblatos excipiente duce.  
 Principe de tanto gauisa et consule tanto  
 Vrbs, Dux et consul quam bonus ipsa salus.

50) *De Suecorum fuga facta ao. 1647.*

Archi- vt Dux Suecos. Söllingi in tesqua re-  
 degit

Fortes Auftriacus, meta visurgis erat.  
 Vt vero Hammeliam circum pro more dede-  
 runt

Sueci, non victus suppeditabat inops.  
 Mira vt tempestas hiemis tunc cunque timo-  
 rem

Ciuiibus incussit nocte, dieque nihil.  
 Sic nemora et fluuuii et bona propugnacula  
 victi,

Interdum vires subsidiumque ferunt.

51) *De separatione contributionis a ca-  
 merae administratione facta a. 1647.  
 et generali publicor. debit. libro  
 ao. 1649.*

Edocti

Edocti Hammelides vsu, cum laude tributa  
 A Camera remouent bellica quaeque  
 cuti.

Edocti et Camerae generali debita libro  
 Me auctore inscribunt, omnibus vt pate-  
 ant:

Nec quicquam, camerae cum damno, qui-  
 que iuuandae  
 Praetereant. Vfus cuncta magister habet.

52) *De Bractea turris Bonifacianae  
 iterum erigenda ao. 1649.*

Bractea ventorum modo nuncia salua, Ge-  
 orgi

Magni post pendens nuncia laudis erat  
 Quem colui, suafit, reparetur bractea pris-  
 cam

Ad formam, opposui facta canenda du-  
 cis.

Obtinui. In laudem iam bractea pensilis  
 haeret.

Conspirant animi sub ratione boni.

53) *De Confirmatione priuilegii, civ. Hamel,  
 et feriis Homagial. Georgii Wilhel-  
 mi D. Br. et L. ao. 1649.*

Vt modo Wilhelmus Dux iura Georgius al-  
 mae

Antiquo Hammeliae viuere iura facit,

Quemque Senatorum tunc inuitare placebat.

Ad mensam, cum queis verba ferebat o-  
vans.

Scilicet eximia est virtus, demittere se se  
Et paulum ad ciues se retulisse ducum.

54) *De pace vniuersali imperii Romano-Germ. post 32. annorum bellum, sicuti et bellum Caroli M. contra Saxones et eorum reg. Wedekindum M. 33. annos dur. Cliuer. Epit. Hist. in Constant. 5. et Pipin. pag. 433. cum bono Deo facta Monasterii et Osnabruggi ao. 1648. et ad effectum deductae Noribergae 1650. vere pacifico.*

I) *De Ferdinando III. Caesare inuictissimo.*

Quod Deus in coelo est, hoc Ferdinandus in orbe

Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.

Vincere nemo Deum potis, inuictissimus audit

Et Caesar, verbo tutus vbique Dei.

Ad tempus premitur, nullo sed tempore bello

Opprimitur, forti subditus ipse licet.

Hinc

Hinc Ferdinando quam maxima gloria sur-  
git

Maior at ex inita pace. Quid ergo boni?  
Sat multum. Quondam Marti cum copia re-  
rum

Cederet et virtus, iam rediere domum.  
Iam rediere, salus et maxima, filia pacis.  
Nulla salus bello est, spes nisi pacis adest.

*II) De Gustavo Adolpho rege Suecorum  
et Carolo Gustavo, Palatino ad Rhenum  
et postea rege Suecorum.*

Nulla salus bello vt fertur. Non copia re-  
rum?

Non virtus? Bellum quid iuuat ergo? Ni-  
hil?

Non! sed vt amissam pacem repararet in  
orbe

Et repetat sedem pristina quamque salus.  
Rex Suecorum, heros magnus Gustauus  
Adolphus

Incepit bellum, fortia facta probans  
Successor Carolus Gustauus finiit, almam  
Restituens pacem et pace salutis opes.  
Magna Palatino debetur gloria, magna  
Regi et qua iuste quisque triumphat, habet.  
Maior at ex inita cum Caesare pace resurgit  
Quippe salutiferum, quae modo tempus  
habet.

E 5

Nam-

Namque falus sub pace viget, cunctosque fo-  
cillat  
Mortales et res ordine quasque fouet.

55) *De villa Hochlemica conseruata ab  
auctore ao. 1652. d. 10. Iul.*

Ite triumphales circum mea tempora lauri,  
Vicimus, incasses praeda petita ruit.  
Scilicet ad omina Hammelia iam Hochlemi-  
ca villa

Prae Clero Hildesiae, me duce capta fuit.  
Quae fama, aut Merces? quam parta Co-  
lumbo

Quae fuit ex ouo stans rediuiua leui.  
Saepe Deus quod huic donauit, denegat illi,  
Inuidus et donis inuidet inde Dei.

56) *De Obitu Dn. Gerhardi Reichen  
Consulis meritissimi et patricii  
Hamel. 1652.*

Occidit eximius pietate et arte Gerhardus  
Reichius, Hammelia consul in vrbe regens  
Hunc ob virtutes, artem cauteque regendi  
Ceu patriae patrem, me coluisse iuuat  
Quod nempe est iuueni consultum, vt facta  
sequenda

Quorum in consilio, deligat ipse sibi.  
Occidit hoc fulcrum iam nobile. Tale Iehoua  
Saepe det; Est virtus nobilis vrbis honos.

57) *De*

57) *De dedicatione nouorum organorum  
templi forensis ao. 1652.*

Consul Tobias Dempsterus vt organa templi  
Nicolai struxit sumtibus ipse suis,  
Structa Deo et patriae deuote dedicat, illi  
Vt grates cantent, ingementque preces.  
Hinc fidei fructus probae, amorem extende-  
re factis  
Omnibus et viuam se retulisse fidem.

58) *De captura et suspendio Conradi  
Crygeri furis facto 1650.*

Hannouera vt rediens cernit, quod furca mi-  
natur  
Lapsum, optat consul Reichius ipse furem.  
Captiuum Hammeliae Conradum ob furta  
Crygerum  
Effraetasque fores inuenit ipse furem.  
Exstruitur noua furca furi, suspenditur et  
fur  
Fit voto compos consul in vrbe bonus.  
Expedit optatam cursu, vt contigere me-  
tam  
Factis viuiscunt pristina iura nouis.

59) *De captura controuersa: sed uti-  
lissima Conradi Silemanni  
1652.*

Ar-

Artzenum fugiens, nostris Silemannis in  
agris

Se cultro Helpensae transfodit ante viam.  
Lachemii inuito de iure solemniter aufert  
Ciuiica praefecto, me duce turba ma-  
gum.

Facto processu tractus de limite nostri  
Succumbit, patitur nosque cremare ma-  
gum

Inde stat Hammeliae nunc iurisdicatio fir-  
ma.

Nil citra praxin maxima iura valent.

60) *De fustigatione Iohannis  
Schillingi falsarii ao.*

1653.

Punitur virgis Lanspurgi ob falsa Iohan-  
nes

Schillingus vetita facta sigilla manu.  
Ut meruit, passus, fallendo nam aera coe-  
git

Nec veritus summis imposuisse viuis.  
Non omnes sancti, qui templi limina cal-  
cant :

Nec cito mendicis est adhibenda fides.



CON-



CONSVLES

REIPVBL. HAMELIENSIS

*ab An. MCCCC XXI. post Christum  
natum ad nostra tempora usque.*

- I. Hinrich Goldschmed. An. MCCCCXXI.
- II. Hinrich Wasmodes. MCCCCXXII.
- III. Iohann Leeft. (Leift) MCCCCXXVI.
- IV. Hermann Harderot. MCCCCXXVII.
- V. Hinrich Leeft. (Leift) MCCCCXXIIX.
- VI. Hinrich Schadeland. MCCCCXXXIV.
- VII. Tile von dem Hagen. MCCCCXXXVI.
- IIIX. Tile Stauwer. MCCCCXLI.
- IX. Flörke Ryke. (Reiche) MCCCCXLV.
- X. Hans Leeft. (Leift) MCCCCCL.
- XI. Hans Münster. MCCCCCLXVI.

XII.

- XII. Bartold Voigt. MCCCC LXXIII.  
 XIII. Iohann Hoit. MCCCC LXXXIX.  
 XIV. Iohann Amelung. MCCCC XCVI.  
 XV. Friderich Münster. MDIV.  
 XVI. Iohann Deneke. MDIX.  
 XVII. Iohann Ryke. (Reiche) MDX.  
 XVIII. Iost Ryke. (Reiche) MDXXXII.  
 XIX. Statius Pasche. MDXXXVI.  
 XX. Werner Spilker. MDXLII.  
 XXI. Iohann Reimerdes. MDXLVI.  
 XXII. Iost Tappe. MDL.  
 XXIII. Marcus Ebelinck. MDLIV.  
 XXIV. Friderich Poppendieck. MDLXII.  
 XXV. Hans Wigge. MDLXV.  
 XXVI. Iohann Honinck. MDLXXXII.  
 XXVII. Iohann Matthias. MDLXXXVI.  
 XXVIII. Claus Amelung. MDLXXXIX.  
 XXIX. Doct. Iohann Meyer. MDXC.  
 XXX.

XXX. Hans Kulemann. M D XCVI.

XXXI. Bartoldus Hagemann. MDC XV.

XXXII. Doct. Iohann Nordmann.

MDC XVII.

XXXIII. Gerhardus Reiche. MDC XXI.

obiit MDCLII. aet. LXXI.

XXXIV. Hans Zimmermann. MDCXXII.

XXXV. Petrus Bock. MDCXXV.

XXXVI. Tob. von Dempfer. MDCXXIX.

XXXVII. Reinhardus Temps. MDCLIII.

XXXIIX. Maurtius Spilker. MDC LIX.

ob. MDC LXXIII.

XXXIX. Doct. Christoph. Ioachim.

Buchholtz. MDC LXVII.

XL. Ioh. Gerhard. Reiche. MDC LXXIV.

XLI. Ioh. Iust. Zimmermann. MDCLXXIX.

XLII. Marcus Amelung. MDC LXXXI.

XLIII.

I.

II.

.

K.



XLIII. Iohann Matthias. MDCLXXXII.

ob. MDCXCIII.

XLIV. Georg. Christoph. Hoffmann.

MDCLXXXIIX.

XLV. Conrad. Bonn. MDCXCIII.

XLVI. Theodorus Seuerin. MDCXCV.

ob. MDCCXXVII.

XLVII. Fridericus Harding. MDCXCV.

ob ingrauescentem aetatem nunc  
rude donatum.

XLIIIX. Ioh. Frid. Wolters. MDCCXL.

An. MDCC XLIII. Magnae Brit. Reg.

et Elect. Brunsv. Luneb. Consil. Aul.

Hannoueram abiit.

\* \* \* \*

*En Tibi,*

Beneuole Lector!

*VIROS*

*Praenobilissimos, Amplissimos, Iuris-*  
*consultissimos, Prudentissimosque*

Hodie

Inclytæ

Reipublicæ Hameliensis

DOMINOS

Henr. Mecten. Rechtern, *Prae-*  
*torem et ICTum Reg.*

Ioh. Frider. Mollerum, *Consulem-*  
*dirigentem et ICTum.*

Ioach. Frider. Palm, *Consulem,*  
*Comm. Synd. et ICTum.*

F

Conr.

En

Conr. Ioh. Faustmann, *Senatorem,*  
*Camerarium et ICtum.*

Ioh. Iust. Kleinschmid, *Senatorem.*

Aug. Catterbach, *Iudicii Secretarium et ICtum.*

Marc. Leuin. Amelung, *Senatorem.*

Iust. Wilhelm. Waldhausen, *Senatorem.*

Iust. Hermann. Lackemann, *Senatorem et ICtum.*

Christ. Wilhelm. Kulemann, *Senatorem.*

Henr. Iul. Erhard, *Senatorem.*

Ioh. Iust. Baxmann, *Camerarium.*

cum voto  
vt immortale Numen  
Deus Ter Optimus terque Maximus

ILLOS

ILLOS  
ad decus Reipublicae,  
incolumitatem et solatium Ecclesiae,  
Scholae Ciuitatisque  
diutissime


fartos et tectos conseruare  
et omnes, quos suscipiunt labores  
ita secundare velit,

vt quam plurima inde vtilitas  
non in praesens modo seculum ;

sed etiam in seram,  
si qua futura est,  
posteritatem redundare possit,

**Faxit DEVS!**

Pag. 26. cap. IV. lin. 5. pro *cusit* lege  
*cudit.*



Imprimatur.  
Ex commissione  
Consilii Regii intimi.

I. D. GRVBER.

Hanouerae d. V. Sept.  
1745.

CON-

\* \* \*

# CONSPECTVS ACTVS ORATORII

D. XXII. ET XXIII. SEPTEMBRIS  
ANNO M D C C XLV.

HABENDI

Solennitas incipiet a concentu musico  
sequentia exprimente :

**S**ohl uns ! Ihr Gönner, seyd erschie-  
nen,  
Wir rühmen billig solche Huld,  
Und wünschen nun Euch zu bedienen,  
Wie es erfordert Pflicht und Schuld ;  
Allein die Schwäche hemmt den Willen,  
Was Ehrfurcht heisset zu erfüllen.

Doch Eure Huld die läst uns hoffen :  
Ihr werdet gütigst übersehn,  
Wenn jetzt das Ziel nicht recht getroffen,  
Es kan ja mit der Zeit geschehn,  
Geruhet nur uns zuzuhören,  
Denn dis wird unsern Fleiß vermehren.

NB. In Argumentorum et nominum dis-  
positione ordinem potius, quo dictu-  
ri sunt *Oratores nostri*, quam quibus  
sedent spei melioris laudabiliorisque  
industriæ *Iuuenes*, subsellia respicere  
placuit, horum enim respectu apud  
prudenteriores pares censentur.

X

I. Pro-

I. Prologus *Terras Brunsvico - Luneburgicas dignis depingens coloribus, benevolentiam Auditorum commilitonibus ipsum excepturis exorabit.*  
 Aget hunc HENR. FRIDERICVS KOCH, *Bisperoda-Guelferbytanus*, Chori symphoniaci Praefectus et ante annos nouem cum binis fratribus e finu Patris B. IOHANNIS FRID. KOCHII tum Reſtoris apud Bisperodenses meritiſſimi, dimiſſus huc delatus, ſcholae noſtrae probus nec indiligens diſcipulus, vnde confido fore, vt ſtudiorum ſuorum curſum feliciter emetiatur.

II. *Muſicam dilaudabit:* IOACHIMVS CAROLVS BARTELS, *Hamelienſis*, octo per annos claffis primae non degener, neque deſes alumnus et chori ſymphoniaci Subpraefectus modeſtiae laude conſpicuus.

III. *Abuſum Muſicae latino ſermone redarguet:* HENRICVS IVLIVS SIEGFRIED, *Cantoris* quondam et *Collegae* ſcholae noſtrae, nunc pie defuncti, filius relictus natu minor paternaque virtutes et ſcientias huc dum ſtrenue aemulatus.

IV. *De Bello diſſeret:* ANTONIVS REINHOLDVS KÜSTER, natus eſt praeſtantiſſimus hic Iuuenis Hameliae ingenio, aſſiduitate et dexteritate commendabilis.

V. *De Pace aget* : IOHANNES GODOFRE-  
DVS FAVSTMANN, *Hamelos*, qui, vt est  
Amplissimi et Consultissimi Parentis, Came-  
rarii et Senatoris filius gnauus et exopta-  
tus: ita non dubito, quin eidem aliquan-  
do solatio maximo futurus eximiamque sui  
expectationem expleturus, imo superatu-  
rus sit.

VI. *Sine litterarum studiis neque Ecclesiam, ne-  
que Rempublicam florere posse* rationibus de-  
monstratum ibi *latine*: FRANCISCVS  
FRIDERICVS WILHELMVS KLEIN-  
SCHMID *nostras*, Optimi Patris inclyto Se-  
natorum ordini adscripti filius, hic quas a  
Deo et natura nactus est egregii animi do-  
tes in dies diligentia magis perficere mori-  
busque decentibus perornare studet.

VII. *Felicitatis humanae inconstantiam exemplis  
illustrabit*: IACOBVS CONRADVS BENE-  
KĒ, *Gebrda-Hannoueranorum oriundus*. Viri  
maxime Reuer. LVDOLPHI WILHELMI  
BENEKEN, apud Gehrdenfes verbi Dei  
Ministri filius, per quadriennium ita com-  
moratus est apud nos, vt se totum bonis lit-  
teris vitaeque integritati dederit dignus-  
que sit habitus cuius fidei Vir Praenobilis-  
simus et Consultissimus IOACHIMVS FRI-  
DERICVS PALM, Ictus et reipublicae no-  
strae Consul meritissimus suos optimae spei

liberos, lectissima tori coniugalis pignora  
concredere non grauatus sit.

**II.** *Procrastinationem ceu studiorum pestem eui-  
randam esse docebit latine:* MARCVS LE-  
VINVS LVDOVICVS STECKELMANN  
*Baka - Hannou.* Maxime Reuerendi Viri  
HENRICI STECKELMANNI apud Ba-  
kenses sacra procurantis ante biennium et  
plus eo huc missus, domesticus meus factus  
omneque illud tempus litterarum culturae  
morumque elegantiae sedulo tribuit.

**IX.** *Reuerendissimi Collegii Canoniorum S. Boni-  
facii elogium recitabit:* CAROLVS LVDOVI-  
CVS HENRICVS LVDBERS, *Hameliensis,*  
Nobilissimi et Doctissimi Patris filius a te-  
neris quod aiunt vnguiculis in schola no-  
stra ita versatus, vt Praeceptorum amorem et  
honorum omnium fauorem ob sciendi ar-  
dorem vitamque probatam commeruerit.

**X.** *Laudationem urbis Hameliae suscipiet* GE-  
ORGIUS IVSTVS LEO, *Hameliensis* vni-  
cus meus filius. Faxit Deus Pater per  
Christum filium suum, vt Spiritu sancto  
duce et virtute comite talis futurus sit, qua-  
lem illum omnes boni exoptant.

**XI.** *Nimiam Festinationem litterarum cultoribus  
esse noxiam latine probabit:* FRANCISCVS  
DA-

DANIEL LINDEMANN, *Ertzena-Hannoveranus*, ante biennium et quod excurrit ad nos peruenit et non informationi solum nostrae; sed domesticae etiam inspectionis curae traditus, quam diu apud nos vixit eo semper quicquid habuit virium contulit, vt in modestiae litterarumque studio proficeret Parentique Viro Maxime Reuerendo FRANCISCO HEINRICO LINDEMANNO, Ertzensium Pastori gaudio et scholae nostrae ornamento esset.

XII. *De studio Historico verba faciet*: CHRISTIANVS LYDOVICVS BENEKE, *Geburda-Hannoueranus*, cum fratre supra laudato ante quadriennium ad nos accessit et Aui sui venerandi senis, septuagenario maioris IOHANNIS CONRADI MEIERI apud Micro-Barcklenses Pastoris, admonitione et nostra informatione adductus diligentem et benemoratum se praestitit.

XIII. *Moesta Hamelienſium fata percensebit*: CAROLVS CHRISTIANVS DREPPER, *Hamelienſis*, discipulus probus, frugi et modestus.

XIV. *De lusibus parum honestis perorabit*: CAROLVS FRIDERICVS FERDINANDVS WIESE, *Coppenbruggensis*, Honestissimi Parentis IOHANNIS HEINRICI WIESEN filius

lius triennium amplius in schola nostra eruditus industria et diligentia nemini cedit.

XV. *De Feriis et recreationibus in scholis licitis orationem habebit:* IOHANNES IACOBVS FRIDERICVS RICHELMANN, *Bodenwerdrensis*, Maxime Reuerendi Ecclesiastae M. IOHANNIS IACOBI RICHELMANNI filius per integrum annum apud nos commoratus ingenii vigore mentisque sinceritate nisi multis antefendus, nulli certe secundus

*His vero omnibus, symbola sua quoque daturi, se intermiscerunt et colloquentur etioris indolis singularisque spei discipuli.*

XVI. *De urbis Hameliae origine et conditore* LYDOV. GOTTL. KNIGGE, *Hamelienfis* et ANTONIVS FRIDERICVS SEIP, *Hamel.*

XVII. *De inauspicata puerorum Hamelienfum egressione* CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHRADER, *Hamel.* et IOHANNES HENRICVS GEITEL, *Hohenfis-Guelferbytanus*, Maxime Reverendi Viri IOHANNIS DANIEL. GEITEL apud Hohenses sacro munere perfungentis filius.

XIIX. *De nonnullis Hamelienfum fabulis* IOHANNES FRIDERICVS HEPE et ERNESTVS CONR. SOHRBAVM, *Hamel.*  
XIX.

XIX. *De republica Hamelonia olim Hanseatica*  
 IOHANNES FRIDERICVS HARDING et  
 IOHANNES GEORGIVS FRID. PALM,  
*Hamelienfes.*

XX. *De fitu et amoenitate vrbis Hameliae*  
 FRIDER. IVLIVS WILHELMVS PALM et  
 IOHANNES FRIDERICVS CHRISTIANVS  
 MOHRMANN, *Hamelienfes Secundani.*

XXI. *De Hameliensium schola* HENR. WILH.  
 OFFENEY, *Mega-Barckelia Hannoueranus,*  
 Strenuiffimi Parentis N. OFFENEY, qui  
 in tentata Tornaci liberationis fortuna h. a.  
 heroicae morti occubuit, filius et  
 DANIEL GERHARDVS MEYER, *Hamel.*  
*Secundani.*

XXII. *De optimo vitae genere*  
 GEORGIVS PALM et  
 EZECHIEL ADOLPHVS BORGHART,  
*Hamel. Tertiani.*

XXIII. Epilogum recitaturus, pia nuncupa-  
 bit vota inque gratiarum acione pro bene-  
 vola aufcultatione, nec non in commilito-  
 num excufatione finiens claudet: FRID.  
 WILHELMVS RADEMACHER, *Diephol-*  
*tanus,* Optimi Parentis B. NICOLAI RADE-  
 MACHERI, Regiae Magnae Brit. Maieftatis  
 Cubicularii, Filius.

Sequen-

Sequentia Exercitio Oratorio co-  
ronidem imponent :

**S**eyne Sönnner seyd gepriesen,  
Ihr habt uns geneigt gehört  
Und durch Eure Huld erwiesen,  
Daß Ihr gute Künste ehrt ;  
Ja das Euch ein bloßes Lallen  
Nicht gänglich mißgefallen.

Höchster ! segne die da lehren,  
Segne reichlich jeden Stand,  
Die da ( <sup>richten</sup> <sub>wehren</sub> ) die ernehren,  
Segne unser Vaterland,  
Kröne es mit deiney Gaben,  
Daß wir volle Gnüge haben.

Quod superest Deum T. O. M. bonorum omnium  
fontem inexhaustum iteratis precibus demisse inuoco, ve-  
neror et obsecro, vt urbem hanc nostram, ciuitatemque  
faustam porro esse iubeat, et ipsam ab omni malorum ge-  
nere clementer potenterque defendat. Vos vero adeste  
litterarum Patroni, Fautores et Amici, qui Musis nostris  
bene vultis, adeste in scholae nostrae Auditorio Maiori  
d. XXII, et XXIII, Septembris h. a. et honorifica Ve-  
stra praesentia, si per grauiora, quibus distinemini, nego-  
tia licebit, mihi discipulisque meis beneuolentiam Vestram  
declarete, quod mecum Collega Coniunctissimus IO-  
HANN. ROGER, CHRISTIAN. CORWANTE, Conre-  
ctor, cuius haud exigua opera alumni in emendandis suis  
elaborationibus vsi sunt, etiam atque etiam cum debita  
obseruantiae et officiorum pollicitatione rogat et obtestatur.

Dabam Hameliae d. XXI, Augusti Anno  
Christi MDCC XLV.



42  $\frac{7}{12}$

X24 00 194





B.I.G.

Inches  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
8

Blue  
Cyan  
Green  
Yellow  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black

Farbkarte #13

SEBASTIANI SPILKERI<sup>2</sup>  
I. V. DOCTORANDI ET SENATORIS  
HAMELIENSIS

# CHRONICA

PRISTINVM  
REIPVBLICAE HAMELIENSIS  
STATVM EXHIBENTIA  
ANNO RECUPERATAE GRATIAE MDCLV  
ELABORATA

IN ORDINEM REDEGIT NATVRALEM  
TYPIS EXSCRIBI CVRAVIT

## CONSPECTVMQVE ACTVS ORATORII

D. XXII. ET XXIII. SEPTEMB. MDCCXLV.  
BONO CVM DEO

IN  
HAMELEI NOSTRI AVDITO-  
RIO MAIORI HORA IIX MATV-  
TINA SEQQ. INSTITVENDI

ADIVNXIT  
IVSTVS HEINR. LEO  
SCHOLAE HAMEL. RECTOR.

RINTELLI  
TYPIS I. G. ENAX, ACAD. TYPOGR.